



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 4. Friderici V. Palatini Electoris, & Wolfgangi Guilielmi Comitis Palatini  
nuptiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

guntur ab aliis. Ita enim futurum, ut In- Sæc. XVII.  
stitutum nostrum pluribus innotescat, qui A. C. 1613.  
bus jam omnino pene ignotum est, non so-  
lum inter Hæreticos, sed etiam inter Ca-  
tholicos.

P. Gretserus ita natura & ingenio com-  
paratus est, ut si sciat sibi Romanorum ju-  
diciū in ejusmodi suis lucubrationibus sub-  
eundum, nunquam facile scripturus sit ali-  
quid; idque non omnino immerito, quia  
sæpe a Romanis forte aliquid rejicietur, vel  
minus necessarium judicabitur, quod tamen  
judicio nostrorum, qui hic sunt, esset om-  
nino operæ pretium, ut prodiret.

§. IV.

Friderici V. Palatini Electoris &  
Wolfgangi Guilielmi Comitis  
Palatini nuptiæ.

Auspicatoris in Europa famæ binas *Thoiras hist.*  
hic annus nuptias exhibuit, prio- *d' Angl. l. 18.*  
res erant Friderici V. Palatini Comitis, *Adlzreiter*  
& Electoris cum Elifabetha Jacobi I. *annal. Boic.*  
Angliæ Regis filia, decimo quarto Fe- *tom. 3. p. 31.*  
bruarii die Londini non sine immensis *Baldwin.*  
sumptibus celebratæ. Posteriores, sed *chron. mo-*  
Catholicorum lætitia celebriores nu- *rale p. 1012.*  
ptias Monachii undecima Novembris  
die inibat Wolfgangus Guilielmus Phi-  
lippi Ludovici Palatini Rheni Comitis  
filius cum Principe lectissima Magda-  
lena

*Hist. Eccles. Tom. LV.*

M

lena



Sæc. XVII. A. C. 1613. lena Maximiliani Bavarix Ducis Filia; cum autem Serenissimus hic Sponsus adhucdum exterius Protestantium sectam profiteretur, ac studiose Religionem orthodoxam, quam animo jam intus & foris cum paucissimis clam amplexus erat, adhucdum dissimulandam censeret, ea de causa tum maxime Patre, Matre, duobus fratribus, aliisque Magnatibus acatholicis presentibus sese Protestantium genio circa ritus sacros attemperabat, ac toto precum solitarum tempore erectus stabat, ejus vero Sponsa immobili genuum inflexione Deo pro firma Sponsi sui conversione supplicabat. Ceterum Eichstadiensis Antistes utrumque Sponsum solemnique precatione rituque Catholico conjungebat: sequenti autem die Jacobus Heilbrunnerus Ministellus in Principis cœnaculo jejunam concionem in hæc verba: *non est bonum hominem esse solum &c.* habuit, qua finita omnis quoque Lutherani Sacerdotii ritus fuit finitus, exhaustusque.

## §. V.

*Wolfgangi Guilielmi Palatini dissensio cum Brandeburgensi Principe.*

*Adlzreiter*  
*l. c. Merc.*  
*tom. 10. l. 1.*  
*pag. 77.*

**P**aule ante Saxonix Electoris Oratores Bruxellas delati Cliviensem Do-

mun,